



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Casvvm Conscientiae De Sacramentis

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

De Cæremoniis Baptismi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40295

De Cæremoniis Baptismi.

QVÆRITVR XXIX. Vtrum adhibendæ sint aliquæ cæremoniæ baptismum antecedentes, comitantes, & subsequentes. Respondet Caluinus lib. 4. Instit. cap. 15. sect. 19. Quod ad externum symbolum pertinet, ut in am-
 gina Christi institutio valuerisset quatum par erat, ad cohiben-
 dam hominum audaciam. Quasi enim res esset contemptibilis,
 ex Christi precepto, aqua baptizari, inuenta est benedictio, vel
 potius incantatio, quæ veram aqua consecrationem pollueret.
 Additus postea cereus cum chrismate; ex sufflatio vero ianuam
 ad Baptismum aperire visa est. Et si autem me non latet, quam
 vetusta sit aduentitia huius farraginis origo, respuere tamen
 mihi & piis omnibus fas est, quidquid ad Christi institutionem
 addere ausi sunt homines. Cum autem videret Satan stulta mun-
 di credulitate absque negotio serè inter ipsa Euangeliū exordia
 receptas esse suas imposturas, ad crassiora ludibria prorupit;
 hinc sputum & similes nugae palam in Baptismi probrum effra-
 vi licentia inuestigæ.

Beza in Apologia contra Franciscū Balduinum. Nec
 spōsores, nec stipulationes, nec fidei professiones sustulimus; imò
 vero illos, non dicas caussa, sed idoneos & legitimos; istas vero
 longè magis expressas & accommodatas adhibemus, quam si ve-
 strum illud AB RENVENTIO, & CREDO, quod veteribus mul-
 sis merito absurdū visum est in infantium Baptismo, à vestris
 vero nullo modo intelligitur, retineremus. Preces etiam non a-
 lias, quam ab omni superstitione puras, & verbo Dei consentaneas concipimus. Formam autem Baptismi qualēm Christus man-
 dauit, usurparunt Apostoli, & purissima Ecclesia obseruauit,
 sedulo obseruamus. Itaq; quid hic requiri? exorcismos, uncio-
 nes, cereos, sputa, cruces, & quid non? At tu, transfuga, potius
 abi in malam crucem, quam Ecclesias nobis à Deo cōmissas istis
 sordibus rursum inquinari patiamur.

An-

*De his ritibus**lege Bellarm.**lib. de Baptis-**mo cap. 24.**&c seqq.**Vide eundem**Bez. am epist.**8. E&G 12.*